

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

Pro L. Flacco. Oratio XXVIII.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)

PRO L. FLACCO. ORATIO. XXIII.



VM In maximis piculis huius urbis, atq; imperii, grauissimo, atq; acerbissimo Reip. casu, socio, atq; adiutore consiliorum, periculorumq; meorum, L. Flacco, cedere a vobis, coniugibus, liberis vestris, vastitate a templis, delubris, vrbe, Italia depellebatur: sperabam Iudices honoris potius L. Flacci me adiutorem futurum, quam miseriarum deprecatorum. quod n. esset primum dignitatis, quod populus Romanus cum huius maioribus semper detulisset, huic denegaret: cum L. Flaccus veterem Valerium gentis in liberanda patria laudem prope quingentesimo anno Reip. retulisset. Sed si forte aliquando aut beneficii huius obtrectator, aut virtutis hostis, aut laudis inuidus extitisset, existimabam L. Flacco multitudinis potius imperite,

nullo tamen cum periculo, quam sapientissimorum, & lectissimorum virorum iudicium esse subeundum. etiam quibus auctoribus & defensoribus omnium rerum salus esset non civium solum, verum etiam gentium defensa, ac retenta: neminem unquam putavi pro eos ipsos periculum huius fortunis atq; insidias curaturum. Quod si esset aliquando futurum, ut aliquis de L. Flacci pernicie cogitaret, nunquam tamen existimavi Iudices Domitium oprimi viri filium, optima ipsum spe perditum, summam dignitatis, eam suscepturum accusationem, que sceleratorum civium potius odio, & furori, quam ipsius virtuti, atq; institutae adolescentie conveniret. Etenim cum a clarissimis viris iustissimas inimicitias sepe cum bene meritis civibus depositas esse vidissem, non sum arbitratus quemquam amicum reip. posteaquam L. Flacci amor in patriam respectus esset, novas huic inimicitias, nulla accepta iniuria, denunciaturum. Sed quoniam Iudices multa nos & in nostris rebus, & in reip. sefellere, ferimus ea, que sunt ferenda. tantum a vobis petimus, ut omnia reip. subsidia, totum statum civitatis, omnem memoriam temporum peritorum, salutem presentium, spe reliquorum, in vestra potestate, in vestris sententiis, in hoc uno iudicio positam esse, & defixam putetis. Si unquam resp. consilium, gravitatem, sapientiam, pudentiam iudicium imploravit: hoc tempore, hoc inquam tempore implorat. non estis de Lydorum, aut Mysorum, aut Phrygum, qui huc compulsi, concitatiq; venerunt, sed de vestra Reip. iudicaturi, de civitatis statu, de communi salute, de spe bonorum omnium, si qua reliqua est etiam nunc, que fortium civium mentes cogitationesque sustinet. omnia alia profugia bonorum, subsidia innocentium, subsidia reipublice, consilia, auxilia, iura ceciderunt. Quae enim alium appellat: quem obtestatur: quem implorat: Senatium ne: at is ipse auxilium petit a vobis: & confirmationem auctoritatis suae, vestrae potestati promissam esse sentit. an Egtes Romanos: iudicabitis principes eius ordinis quinquaginta, quod cum omnibus senseritis. an populum Romanum: at is quidem omnem suam potestatem de bonis tradit vobis. Quam obrem nisi hoc loco, nisi apud vos, nisi pro vobis Iudices non auctoritatem, quam amissa est, sed salutem nostram, quam spe exigua, extremaque pedet, tenuerimus, nihil est propterea, quo confugere possimus. nisi forte quae res hoc iudicio teneat, quod agatur, cuius causae, fundamenta iaciant Iudices non videtis. Danaus est is, qui Catilinam signa patriae inferentem interemit. quid est causae: cur non is, qui Catilinam ex vrbe repulit, primescat: rapit ad poenam, qui indicia communis exitii cepit. cur sibi confidat is, qui ea profert, & patefacienda curavit: socii consiliorum, ministri, comitesque vexant. quid auctores: quod duces: quod principes sibi expectent: Atque utinam inimici nostri, ac bonorum omnium mecum potius contendant: utrum tamen omnes boni, duces nostri an comites fuerint ad communem conferuandam salutem. ✕

Desit fortasse quippiam.

Hunc igitur virum Lepidum quibus tandem rebus oppugnatus: fuit P. Servilius imperatore in Cilicia tribunus militum. ea res siletur. Fuit M. Pisoni Quaestor in Hispania. vox de Quaestura nulla missa est. Bellum Cretense ex magna parte gessit, atque una cum summo imperatore sustinuit. muta est huius temporis accusatio. Praeturae iurisdictio, res varia, & multiplex ad suspitiones, & similitudines non attingitur: ea vero in summo & periculosissimo Reip. tempore etiam ab inimicis laudatur. At a testibus leditur. antequam dico a quibus, qua spe, qua vi, qua re concitatus, qua leuitate, qua egestate, qua perfidia, qua audacia praeditus, dicam de genere uniuerso, & de conditione omnium nostrum. Per deos immortales Iudices, vos quomodo is qui anno ante Romae ius dixerat, antea post in Asia ius dixerit, a testibus quaeritis ignotis: ipsi coniectura nihil iudicabitis: in tam varia iurisditione, tam multa decreta, tot hominum gratiosorum laesae voluntates. quae est unquam iacta non suspitio, quae tamen solet esse falsa, sed iracundiae vox, aut doloris: & is est reus avaritiae, qui in vberissima re turpe compendium: in maledicentissima civitate, in suspitiosissimo negotio maledictum omne, non modo crimine effu-

Praeditus p
fidia.
Gratiosi
homines.
Compendium.
Maledicentis
sima civi
tas.

Oratio

Vicanus.

Cicero. de
Græcis sen
tentia.
Da mihi te
stimonium
mutuum.

Græcus tes
tis.

Arcessere
iudicio.

illo.

git. Prætereo illa quæ prætereunda non sunt: nullum huius in privatis rebus factum avarum, nullam in re pecuniaria contentione, nullam in re familiari sordem posse perferri. Quibus igitur testibus ego, hosce possum refutare, nisi vobis? Timolites ille vicanus, homo non modo nobis, sed ne inter suos quidem notus, vos docebit qualis sit L. Flaccus: quem vos modestissimum adolescentem, puincie maxime sanctissimum virum, nostri exercitus fortissimum militem, diligentissimum ducem, temperatissimum legatum, questoremque cognoverunt: quem vos presentes constantissimum Senatorem, iustissimum Praetorem, ac amantissimum Reipublice civem iudicatis. de quibus vos alii testes esse debetis, de iis ipsi alios testes audietis: at quos testes? primum dicam (id quod est commune) Græcos, non quo nationi huic ego vnus maxime fidem derogem. nam si quis vnquam de nostris hominibus a genere isto, studio, ac voluntate non abhorrens fuit, me & esse arbitror, & magis etiam tum, cum plus erat otii, fuisse. sed sunt in illo numero multi boni, docti, prudentes, qui ad hoc iudicium ducti non sunt: multi imprudentes, illiterati, leues, quos variis de causis video concitatos. Veruntamen hoc dico de toto genere Græcorum: tribuo illis literas, do multarum artium disciplinam, non adimo sermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam: denique etiam, si qua sibi alia sumunt, non repugno. testimoniorum religionem, & fidem, nunquam ista natio coluit: totiusque huiusce rei quæ sit vis, quæ auctoritas, quæ potestas, ignorat. Vnde illud est, Da mihi testimonium mutuum: num Gallorum? num Hispanorum putatur: totum istud Græcorum est: ut etiam qui Græce nesciunt, hoc quibus verbis a Græcis dici soleat, sciant. Itaque videte quo vultu, qua confidentia dicant: tum intelligetis qua religione dicant, nunquam nobis ad rogatum respondet, semper accusatori plus quam ad rogatum: nunquam laborant, quemadmodum probent quod dicunt, sed quemadmodum se explicent dicendo. Iratus Flacco dixit M. Lurco, quod (ut ipse aiebat) libertus erat eius turpi iudicio condemnatus. nihil dixit, quod lederet eum, cum cuperet: impediabat enim religio, tamen id quod dixit, quanto cum pudore, quo tremore, & pallore dixit: Quis promptus homo P. Septimius? qui iratus de iudicio, & de villico: tamen hesitabat, tamen eius iracundie, religio nonnunquam repugnabat. inimicus M. Cælius, quod cum in re manifesta putasset nefas esse Publicanum iudicare contra publicanum, sublati erat e numero recuperatorum: tamen tenuit se, neque attulit in iudicium quicquam ad ledendum, nisi voluntatem. Hi si Græci fuissent, ac nisi nostri mores ac disciplina plus valerent quam dolor, ac simulas, omnes se spoliatos, vexatos, fortunis eversos esse dixissent. Græcus testis cum ea voluntate processit, ut ledat, non iurisiurandi, sed ledendi verba meditat. vincit, refellit, coargui putat esse turpissimum, ad id se parat, nihil aliud curat. itaque non optimus quisque, nec gravissimus, sed impudensissimus loquacissimusque deligit. vos autem in privatis minimarum rerum iudiciis teste diligenter expenditis: etiam si formam hominis, si nomen, si tribum nostris, mores tamen exquisitos putatis, qui autem dicit testimonium ex nostris hominibus, ut se ipse sustinet, ut omnia verba moderat, ut timet, ne quod cupide, ne quod iracunde, ne quod plus, minusve quam sit necesse dicat. num illos idem putatis: quibus iurisiurandum iocus est: testimonium, ludus: existimatio vestra, tenebre: laus, merces, gratia, gratulatio proposita est omni in impudenti mendacio. Sed non dilatabo orationem meam: etiam posset esse infinita, si mihi libeat totius generis in testimoniis dicendis explicare vanitatem. sed propius accedam. de his vestris testibus dicam. Vehementer accusatorem nacti sumus Iudices, & inimicum in omni genere odiosum, ac molestum, quem spero his rebus fore magno usus, & amicis, & Reipublice. sed certe inflammatum incredibilem cupiditate hanc causam accusatoremque suscepit. qui comitatus in inquirendo: comitatum dico: immo vero quantum exercitatus: quæ iactura: quæ sumptus: quæ largitio: quæ quæ utilia sunt cause, timide tamen dico, quod vereor ne letus ex his rebus, quas sibi suscepit glorie causa, putet aliquid oratione mea sermonis in sese, aut invidie esse questum. Itaque hanc partem totam relinquam. tantum a vobis petam Iudices, ut si quod ipsi audistis communi fama, atque sermone de vi, de manu, de armis, de copiis, memineritis quantum rerum invidia lege hac reciti, ac nova, certus est inquisitioni comitum numerus constitutus. Sed ut hanc vim omittam, quæta illa sunt: quæ quoniam accusatorio iure, & more sunt facta, reprehendere non possumus, quæ tamen cogimur, primum quod distributis partibus sermo est tota Asia dissipatus, Cn. Pompeium, quod L. Flacco est vehementer inimicus, contempsisse a Lelio paterno amico ac pernecessario, ut hunc hoc iudicio arcesseret: omnemque ei suam auctoritatem, gratiam, copias, opes ad hoc negotium conficiendum detulisse. Id hoc verisimilius Græcis hominibus videbatur, quod paulo ante familiarum Lelium in eadem puincia Flacco viderat. Pompeium autem auctoritas cum apud omnes tanta est, quæta esse debet, tum excellit in ista puincia, quæ nup & perdonum, & regum bello liberauit. Adiuxit illa, ut eos qui domo exire volebant, testimonium denunciatione terreret: qui domi stare non poterat, lar-

go, & liberali viatico comoueret. sic adolescens ingenii plenus, locupletes metu, tenues premio, stultos errore permouit. sic sunt expressa ista preclara, que recitant, psephismata, non sententias, neque auctoritatibus declarata, nec iureiurando constricta, sed porrigenda manu, profundendoque clamo- re multitudinis concitate. O more preclarum, disciplinamque, quam a maioribus accepimus, si quidem teneremus. sed nescio quo pacto iam de manibus elabit. nullam enim illi nostri sapientissimi & sanctissimi viri vim concionis esse voluerunt. que scisceret plebs, aut que populus iuberet summa mora concione, distributis partibus, tributim, & ceteriaturim descriptis ordinibus, classibus, et artibus, auditis auctoribus, re multis dies promulgata, & cognita, iuberi, vetarique voluerunt. Grecorum autem totum Respublicam sedentis concionis temeritate administrant. itaque ut hanc Greciam, que iam diu suis consiliis perculsa & afflictata est, omittat: illa vetus, que quondam opibus, imperio, gloria floruit, hoc vno malo concidit, libertate immoderata, ac licentia concionum. cum in theatro imperii homines rerum omnium rudes, ignarique confederant, tum bella inutilia suscipiebant, tum seditiosos homines Respublice prefacebant, tum optime meritos ciues e ciuitate euiciebant. Quod si hanc Athenis tum, cum ille non solum in Grecia, sed prope cunctis gentibus enitebant, accidere sunt solita, quam moderationem putatis in Phrygia, aut in Mysia concionum fuisse? Nostras conciones illarum nationum homines plerumque perturbant. quid, cum soli sunt ipsi, tandem fieri putatis? Cesus est virgis Cynicus ille Athenagoras, qui in fame frumentum exportare erat ausus. data concio Lelio est. processit ille: & Grecus apud grecos non de culpa sua dixit, sed de poena questus est. porrexerunt manus, psephisma natum est. hoc testimonium est: nup epulati, paulo ante omni largitione saturati Pergameni, quod Mithridates, qui multitudinem illam non auctoritate, sed sagina tenebat, se velle dixit, id sutores, & Zonarii proclamauerunt. hoc testimonium est ciuitatis: Ego testes a Sicilia publice duxi, verum erant ea testimonia non concitate concionis, sed iurati senatus. quare iam non est mihi contentio cum teste. vobis videndum est, sint ne hec testimonia pura. Adolescens bonus, honesto loco natus, disertus, cum maximo ornatissimoque comitatu venit in oppidum Grecorum: postulat concionem: locupletes homines, & graues, ne sibi aduersarent, testimonii denunciatione deterrere. egentes, & leues spe legationis, & viatico publico, priuata etiam benignitate plectat. opifices, & tabernarios, atque illam omnem fecerit ciuitatum, quod est negotii concitare: in eum presertim qui nup summo cum in imperio fuerit, summo autem in amore esse, propter nomen ipsum imperii non poterit. Mirandum vero est, homines eos, quibus odio sunt nostre secures: nomen acerbitati: scriptura, decumque, portorium, morti: libenter arripere facultatem ledendi, quecumque detur. Memerote igitur cum audieris psephismata, non audire vos testimonia, audire temeritatem vulgi, audire vocem leuissimi cuiusque, audire strepitum imperitorum, audire concionem concitatum leuissimam nationis. Itaque perscrutamini penitus naturam rationemque criminum. iam nihil propter speciem, nihil propter terrorem ac minas repietis. &

Deesse videntur nonnulla.

In erario nihil habent ciuitates, nihil in vectigalibus. due rationes concitande pecunie: aut versura, aut tributo. nec tabule creditoris preferunt, nec tributum confectio vlla recitat. Quod vero facile falsas rationes inferre, & in tabulas quodcumque commodum est, referre soleat, ex Cn. Pompeii literis ad Hypseum, & Hypsei ad Pompeium missis quodso cognoscite. LITERAE POMPEII ET HYPSEI. Satis ne vobis coarguere his auctoribus dissolutam Grecorum consuetudinem, licentiamque impudentem videmur: nisi forte qui Cn. Pompeium, qui presentem, qui nullo impellente fallerent, eos virgite Lelio in absentem, & in L. Flaccum aut timidus fuisse, aut religiosos putamus. Sed fuerint incorrupte literarum domi, nunc vero quam habere auctoritatem, aut quam fidem possunt? triduo lex ad Pretores deferri, iudicium signis obsignari iubet. trigesimo die vix deferunt. ne corrupti tabule facile possint, id circo lex obsignatas in publico poni voluit. at obsignant corrupte, quid refert igitur, tanto post ad iudices deferant, an omnino non deferant? Quid si testium studium cum accusatore sociatum est: tamen ne isti testes habebunt? ubi est igitur illa expectatio, que versari in iudiciis solet: nam antea cum dixerat accusator acriter, & vehementer: cumque defensor suppliciter demissetque responderat: tertius ille erat expectatus locus testium, qui aut sine villo studio dicebant, aut cum dissimulatione aliqua cupiditatis. hoc vero quod est: vna sedet, ex accusatorum subselliis surgunt, non dissimulant, non veretur. de subselliis quorundam: vna ex domo procedunt: si verbo titubant, quo reuertant non habebunt. An quisque esse testis poterit, quem accusator sine cura interroget: nec metuat ne sibi aliquid quod ipse nolit, respondeat: ubi est igitur illa laus oratoris: que vel in accusatore antea, vel in patrono spectari solebat? bene teste interrogauit, callide accessit, reprehendit: quo noluit, adduxit: conuicit, & eligue reddidit. quod tu istum roges Leli: qui prius hoc, te rogo, dixeris, plura et effudet, quam tu ei domi ante prescri-

Viaticum.
Plenus ingenii.
Elabit de manibus.
Scisceret plebs.
Populus iuberet.

Sutores.
Zonarii.

Prolectare.
Fex ciuitatum.

Elinguis.

Oratio

psferis, quid ego autē defensor rogē: nā aut oratio testiū refelli solet, aut vita lēdi, qua disputa-
tione orationē refellā eius, q̄ dicit, dedimus: nihil amplius in hominē dicēdū est. igit̄ cum
oratio argumentationē nō habet, qd̄ dicā in ignotū: Querēdū est ergo, & deplorandū, id qd̄
iādudum facio, de omni accusationis iniquitate, primum de cōmuni genere testiū, dicit̄ em̄
natio minime in testimoniis dicendis religiosa, p̄pius accedo, nego esse ista testimonia, q̄ tu
ipse Psephismata appellas, sed & fremitū egentū, & motū quendā temerariū Grēcule cōcio-
nis, intrabo etiā magis, qui gessit, nō adest: q̄ numerasse dicit̄, nō est deductus: priuatē literā
nullē p̄feruntur, publicē retētē sunt in accusatorū potestate: summa est in testibus, hī viuūt
cum inimicis, adsunt cū aduersariis, habitāt cū accusatoribus, vtrū hic tandē disceptationē
& cognitionē veritatis, an innocētē labē aliquā aut ruinā fore putatis: Multa em̄ sunt eius
modi Iudices, vt etiā si in homine ipso, de quo agit, negligēda sint, tamē in cōditionē, atq̄
in exemplo p̄mescēda videant̄. Si quē infimo loco natū, nullo splendore vitē, nulla cōmēda-
tione famē defenderē, tamē ciuis a ciuibus cōmunis humanitatis iure ac misericordia depre-
carer, ne ignotis testibus, ne incitatis, ne accusatoris cōfessoribus, cōiuiuis, contubernalibus,
ne hominibus leuitate Grēcis, crudelitate barbaris, ciuē ac supplicē vestrū dederetis: ne peri-
culosam imitationē exēpli reliquis in posterū p̄deretis, sed cū L. Flacci res agat, cuius ex fa-
milia qui primus consul factus est, primus in hac ciuitate consul fuit: cuius virtute regibus
exterminatis, libertas in Rep. cōstituta est: quē vsq̄ ad hoc tempus honoribus, imperio, rerū
gestarum gloria cōtinuata permansit: cūq̄ ab hac perenni contestataq̄ virtute maiorum nō
modo non degenerauerit L. Flaccus, sed id, quod maxime florere in generis sui gloria vide-
rat, laudē patriē in libertatē vindicādē Prētor adamauerit: in hoc ego reo ne quod pernicio-
sum exemplū pdatur, pertimescam: in quo, etiā si quid errasset, omnes boni conuendū esse
arbitrarent̄, qd̄ quidē ego nō modo non postulo, sed cōtra Iud. vos oro, & obtestor, vt totā
causam q̄ maxime intentis oculis (vt aiunt) acerrime contēplemini. Nihil religione testatū,
nihil veritate fundatū, nihil dolore exp̄ssum: cōtraq̄ oīa corrupta libidine, iracūdia, studio,
precio, periurio reperient̄. Erem̄ iā vniuersa istorū cognita cupiditate, accedā ad singulas q̄
relas criminationesq̄ Grēcōrū. Classis nomine pecuniā ciuitatibus imperatā queruntur,
qd̄ nos factū Iud. confitemur, sed si hoc crimē est, aut in eo est, q̄ nō licuerit imperare: aut in
eo, q̄ nō opus fuerit nauibus: aut in eo, q̄ nulla hoc Prētoze classis nauigarit. Licuisse vt in-
telligas, cognosce qd̄ me cōsule senatus decreuerit, cū quidē nihil a superioribus cōtinuorū
annorū decretis decesserit. SENATVSCONSULTVM. Proximū est ergo, vt opus fue-
rit classe, nec ne, queramus, vtrū igit̄ hoc Grēci statuent, aut vllē extere nationes: an vestri
Prētores: vestri duces: vestri imperatores: Equidē existimo in eiusmodi regiōe, atq̄ puincia,
quē mari cincta, portib⁹ distincta, insulis circūdata esset, nō solū p̄sidiū, sed etiā ornādū im-
perii causa nauigandū fuisse. Hęc em̄ ratio ac magnitudo animorū in maiorib⁹ nostris fuit:
vt cū in priuatis rebus, suisq̄ sumptibus minimo cōtenti tenuissimo cultu viuerēt, in impe-
rio, atq̄ in publica dignitate oīa ad gloriā splendorēq̄ reuocarēt, queritur em̄ in re domesti-
ca cōtinētē laus, in publica dignitatis. Quid si etiā p̄sidiū causa classem habuit: q̄s erit tā ini-
quus, qui reprehēdat: Nulli erāt p̄dones, quid: nullos fore q̄s p̄stare poterat: Minuis, inq̄t,
gloriā Pompeii, immo tu auges molestiam, ille enim classes p̄donom, vrbes, portus, recepta-
cula sustulit: pacem maritimam summa virtute, atq̄ incredibili celeritate confecit: illud ve-
ro neq̄ suscepit, neq̄ suscipere debuit, vt si qua vsq̄ iam nauicula p̄donom apparuisset, accu-
satus videret̄, itaq̄ ipse in Asia, cū oīa iā bella, terra, mariq̄ cōfecisset, classem tamē iisdem
istis ciuitatibus imperauit. qd̄ si tum statuīt opus esse, cū ipsius p̄sentis nomine tuta oīa
& pacata esse poterant, qd̄ cū ille decessisset, Flacco existimatis statuendū, & faciendū fuisse:
Quid nos hic: nōne ipso Pōpeio auctore, Syllano & Murena cōss. decreuim⁹, vt classis in Ita-
lia nauigaret: nōne eo ipso tēpore, cū L. Flaccus in Asia remiges imperabat, nos hic in mare
superū, & inferū Sestertiū ter & quadragies rogabamus: qd̄ postremo anno: nōne M. Curio,
& P. Sextilio Quēstoribus pecuniā in classem est erogata: quid: hoc oī tēpore equites in ora
maritima nō fuerūt: Illa est em̄ gloria diuina Pōpeii: primū p̄dones eos, q̄ tū cū illi bellū mari-
timum gerēdū datū est, toto mari dispersi vagabant̄, redactos esse oēs in potestatē, deinde Sy-
riam esse nostrā, Ciliciā teneri, Cyprum p̄ Ptolemēū Regē nihil audere: p̄terea Cretā Metelli
virtute esse nostrā, nihil esse vnde p̄fiscant̄, nihil quo reuertant̄: oēs sinus, p̄montoria, lit-
tora, insulas, vrbes maritimas, claustris imperii nostri cōtineri. Q̄ si Flacco Prētoze nemo in

Psephisma
ta.

Intēris ocu-
lis cōtēpla-
ri.

Romanorū
magnificē-
tia.

P:0 1

mari p̄redo fuisset, tamē huius diligētia reprehēdenda nō esset. idcirco em̄ q̄ hic classem ha-
 buisset, existimare nō fuisse. Quid si L. Eppii, L. Agrii, C. Cestii equitū Ro. hui⁹ etiā clarissimi
 viri Cn. Domitii, q̄ in Asia tū legatus fuit, testimonio doceo, eo ipso tēpore, quo tu ipse ne-
 gas classem habendā fuisse, cōplures a p̄donibus esse captos: tamē Flacci cōsiliū, in remigib⁹
 imperādīs reprehēdet: quid si etiā occisus est a piratis Adramitenus homo nobilis, cuius est
 fere nobis omnibus nomē auditū, Acinas pugil Olympionices: hoc est apud Gr̄cos (quoni
 am de eorū grauitate dicimus) p̄pe maius, & gloriosius, q̄ Romē triūphasse. At neminē cepi
 sti. q̄ multi orē maritimē clarissimi viri p̄fuerunt, q̄ cū p̄donē nullū cepissent, mare tamen tu
 tum p̄stiterūt: casus est em̄ in capiēdo, locus, euentus, occasio: defendēdi facilis est cautio,
 non solū latibulis occultorū locorū, sed etiā tempestatū moderatione, & cōuersione. Reliquū
 est, vt querat, vtrū nostra ista classis cursu, & remis, an sumptu tantū & literis nauigarit. nū
 igitur negari potest, cuius rei cūcta testis est Asia, bipartito classem distributā fuisse: vt vna
 pars supra Ephesum, altera infra Ephesum nauigaret: hac classe M. Crassus vir amplissimus
 ab Eno in Asiā, his nauibus Flaccus ex Asia in Macedoniā nauigauit. In quo igit̄ Pratoris
 est diligētia requirēda: in numero nauū: & in descriptione equabili sumptus: dimidiū eius,
 quo Pompeius erat vsus, imperauit. nū potuit parcius: descripsit autē pecuniā ad Pōpeiū ra-
 tionem, q̄ fuit accommodata L. Syllē descriptioni. qui cū oēs Asiē ciuitates p̄ portione in p̄-
 uincias descripsisset, illā rationē in imperando sumptu & Pompeius, & Flaccus secutus est.
 neq̄ est adhuc tamē ea summa cōpleta. nō refert vero, quid lucretur: cū em̄ genus imperatæ
 pecunię suscipit: id qd̄ tu crimen esse vis, cōfiteat. qui igitur probari potest in ea pecunia non
 referēda, crimē sibi ipsum facere, in qua crimē esset nullū, si referret. At em̄ negas fratrem meū
 qui L. Flacco successerit, pecuniā vllam in remiges imperasse, equidē Q. fratris mei laude de-
 lector, sed aliis magis grauioribus, atq̄ maioribus. aliud quiddam statuit, aliud vidit, existi-
 mauit quocūq̄ tēpore auditū quid esset de p̄donibus, q̄ vellet subito se classem cōparatu-
 rum. deniq̄ hoc primus frater meus in Asia fecit, vt hoc sumptu remigū ciuitates leuaret.
 crimē autē tum videri solet, cū aliquis sumptus instituit eos, qui antea nō erant instituti,
 non cū successor aliquid immutat de institutis priorū. Flaccus quid alii postea facturi essent
 scire nō poterat, quid fecissent videbat. Sed quoniā de cōmuni totius Asiē crimine dictum
 est, aggrediar iam ad singulas ciuitates. ex q̄bus sit sane nobis prima ciuitas Aemonēsis. Ci-
 tat p̄æco voce maxima Legatos Aemonenses, procedit vnus Asclepiades, prodeant, etiam
 ne p̄conē mentiri coegisti: est enim credo is vir iste, vt ciuitatis nomē sua auctoritate susti-
 neat: damnatus turpissimis iudiciis domi, notatus literis publicis, cuius de probris, adulte-
 riis, ac stupris extant Aemonensiu litterę: quas ego non solū p̄pter longitudinem, sed etiā p̄-
 pter turpissimam obscenitatē verborū p̄tereundas puto. Dixit publice datum drachma-
 rum CC. & VI. millia, dixit tantū, nihil ostendit, nihil protulit, sed adiunxit id, qd̄ certe quo-
 niam erat domesticū, docere debuit: se priuatim drachmarū CC. VI. dedisse, quantū sibi abla-
 tum homo impudētissimus dicit, tantū nūq̄ est ausus vt haberet, oprare. Ab Aulo Sextilio
 dicit se dedisse, & a suis fratrib⁹, potuit dare Sextilius, nā fratres quidē cōsortes sunt mēdici-
 tatis. Audiamus igit̄ Sextiliū, fratres deniq̄ ipsi p̄deant, q̄ volēt impudēter mētiant: & qd̄ nū-
 q̄ habuerint, dedisse se dicant. tamē aliqd̄ fortasse corā p̄ducti dicēt, in quo reprehendantur.
 Non deduxi inquit, Sextiliū. Cedo tabulas, nō deportaui. Fratres saltē exhibe, nō denūciaui.
 Qd̄ ergo vnus Asclepiades, fortuna egens, vita turpis, existimatione damnatus, impudētia
 atq̄ audaciā fretus, sine tabulis, sine auctore legerit, id nos quasi crimē aut testimoniū p̄tē-
 mescamus: Idē laudationē, quā nos ab Aemonēsi⁹ Flacco datā p̄ferebam⁹, falsam esse dice-
 bat, cuius qdē laudationis iactura exoptāda nobis fuit, nā vt signū publicū inspexit p̄clarus
 iste auctor suę ciuitatis, solere suos ciues, ceterosq̄ Gr̄cos ex tēpore, qd̄ opus sit, obsignare
 dixit, tu vero tibi habeto istā laudationē: nec em̄ Aemonēsiū testimonio Flacci vita, & di-
 gnitas nitit̄, das em̄ mihi, qd̄ hęc causa maxie postulat, nullā grauitatē, nullā cōstātiā, nullū
 firmū in Gr̄cis hoibus cōsiliū, nullā deniq̄ esse testimoniū fidē, nisi vero hactenus ista for-
 mula testimoniū atq̄ oratiōis tuę describi, ac distingui potest, vt Flacco absentī aliqd̄ ciuita-
 tes tribuisse dicant: Lelio p̄sentī, p̄ se agēti, vi legis, iure accusationis, opibus p̄terea suis terrē-
 ti, ac mināti, nihil tēporis causa scripsisse, aut obsignasse videant. Equidē in minimis reb⁹ sæ-
 p̄ res magnas vidi Iud. deprehēdi, ac teneri, vt in hoc Asclepiade. hęc q̄ est a nobis prolata,
 laudatio, obsignata erat creta illa Asiatica, quæ fere est oibus nota nobis: qua vtunt̄ oēs non

Olympio-
nices.Dedisse a
Sextilio.In minimis
rebus sepe
res magne
dephēdūt.
Creta Asia
tica.

Oratio

modo in publicis, sed etiā in priuatis literis, quas quotidie videmus mitti a publicanis, saepe vniciq; nostrū, neq; em̄ testis ipse signo inspecto, falsum nos pferre dixit, sed leuitatē torius Asiē ptulit, de qua nos & libēter & facile cōcedimus. Nostra igiŕ laudatio, quā ille temporis causa nobis datā dicit, datā quidē cōfiteretur, cōsignata creta est, in illo autē testimonio, qđ ac cusatori dicit datū, cēram esse videmus. hic ego Iudices, si vos Aemonēsiū decretis, si cetero rum Phrygum literis pmoueri putarē, vociferarer: & quantū maxime possem, contēderē: te staret publicanos, excitare negotiatores, vestrā etiā scientiā implorare: cēra deprehēsa, confi derem torius testimonii fictā audaciā manifesto cōprehēsam, atq; oppressam teneri. nūc ve ro nō insultabo vehemērius, nec volitabo in hoc insolērius, neq; in istū nugatorē tanq̄ in ali quem testē inuehar, neq; in toto Aemonēsiū testimonio, siue hic cōfictū est, vt apparet, siue missum domo est, vt dicit, cōmouebor. etenim qbus ego istā laudationē remittam, quoniam sunt (vt Asclepiades dicit) leues, horū testimoniu nō ptimescam. Venio nūc ad Dorylēsiū testimoniu, q producti tabulas se publicas ad speluncas pdidisse dixerunt. O pastores nescio quos cupidos literarū: siquidē nihil istis pter literas abstulerūt, sed aliud esse causē suspicā mur, ne forte isti parū versuti esse videantur, poena est vt opinor Dorylai grauior, q̄ apud alios, falsarū, & corruptarū literarū, si veras ptulissent, criminis nihil erat, si falsas, erat pœ na, bellissimū putarūt, dicere amissas, quiescāt igiŕ, & me hoc in lucro ponere, atq; aliud age re patiātur. Nō sinunt, supplet em̄ ille nescio q̄s, & priuatim dicit se dedisse, hoc vero ferri nullo modo potest, quia de tabulis publicis recitat, his q̄ in accusatoris potestate fuerūt, nō debet habere auctoritatē, sed tamē iudiciū fieri videt, cū tabulę illę ipse cuiusquemodī sunt, pferunt, cū vero is, quē nemo vestrū vidit vnq̄, nemo q̄ mortalis esset, audiuit, tātum dicit, dedi: dubitabitis Iudices, quin ab hoc ignorissimo Phryge nobilissimū ciuē vindicetis? Atq; huic eidē nuper tres Equites Ro. honesti & graues, cū in causa liberali eum qui asserbatur, cognatum suum esse diceret, non crediderunt, qui hoc euenit: vt qui locuples testis doloris, & sanguinis sui non fuerit, idem sit grauis auctor iniurię publicę? Atq; hic Dorylenis nu per cū efferret magna frequētia, cōfessuq; vestro, mortis illius inuidiā in L. Flaccū Lēlius cōfe rebat, facis iniuste Lēli, si putas periculo nostro viuere tuos cōubernales: presertim qđ tua negligētia factū arbitremur, homini em̄ Phrygi, q arborē fici nūq̄ vidisset, fisci nam ficorum obiecisti, cuius mors te ex aliqua parte releuauit, edacē em̄ hospite amifisti. Flacco vero quid pfuit: q̄ valuit rādiu dū huc pdiret, mortuus est aculeo iā dimisso, ac dicto testimonio. At istud columē actionis tuę Mithridates, posteaq; biduū retentus testis a nobis, effudit q̄ volu it oīa, reprehēsus, cōuictus, fractusq; discessit: ambulat cū lorica, metuit homo doctus, & sa piēs, ne L. Flaccus nūc se scelere alliget, cū iā testē illū effugere nō possit, vt q̄ ante dictū testi monium sibi tēperarit, cū tamē aliqd assequi possit: is nūc id agat, vt ad falsum auaritię testi monium, verū etiā maleficii crimē adiungat. Sed de hoc teste, totoq; Mithridatico, disseruit & subtiliter, & copiose Q. Horrēsius, nos vt instituimus, ad reliqua pgamus. Caput est oīm Gręcorū cōcitādorū, q̄ cū accusatoribus sedet, Heraclides ille Tennites, homo ineptus, & lo quax, sed (vt sibi videt) ita doctus, vt etiā magistrū aliorū se esse dicat: & q̄ ita sit ambitiosus vt oēs vos, nosq; quotidie psalutet: Tēni vsq; ad illā ætatē in senatū venire nō potuit, & q̄ se artē dicēdi traditurū etiā ceteris pŕiteat, ipse oībus turpissimis iudiciis cōuictus est, parī fe licitate vna legatus venit Nicomedes, q̄ neq; in senatū vlla cōditiōne puenire potuit, & fur ti, & p socio, damnatus est. nā princeps legationis Lysanias adeptus est ordinē senatoriū: sed cum Rēp. nimiu amplecteret, peculatus damnatus & bona, & senatoriū nomē amifit, hi tres, etiā ararii nostri tabulas falsas esse voluerūt, nā seruos nouē se pŕessi sunt habere, cū oīmno sine comite venissent. Decreto scribēdo primū video affuisse Lysaniā, cui⁹ fratris bona, q̄ is populo nō soluebat, p̄tore Flacco publice venierūt, p̄terea Philippus est Lysanię gener, & Hermobius, cuius frater Poles itē pecunię publicę est cōdemnatus, dicit se Flacco, & iis q̄ si mul essent, drachmarū XV. millia dedisse, cū ciuitate mihi res est acerrima, & cōficiētissima literarū, in qua nummus moueri nullus potest sine quinq; Prętoribus, tribus Quęstoribus, quattuor mēfariis, q̄ apud illos a populo creant, ex hoc tāto numero deductus est nemo: & cum illā pecuniā nominatim Flacco datā referant, maiorē etiā aliquā, cū huic iidē darēt, in adem sacrā reficiendā se perscripŕisse dicunt, quod minime conuenit, nam aut omnia occul te referenda fuerunt, aut aperte omnia, cum perscribūt nominatim Flacco, nihil timēt, nihil verentur, cum operi publico referunt, iidem homines subito eundem quem contempserant,

Ponere in
lucro.
Aliđ agere
Cuiusque
modi.

Periculo
nō viuere,
Arbor fici.

Columen
actionis,
Scelere se
alliget.

Furti & p
socio dāna
tus.

Cōficiētissi
ma literarū

Pro I.

primū. Si p̄p̄tē
nētia aut ex vestrā
omni & p̄sonariū genitū
clarissimos ciuitatis, ampu
cio adiungit in decre
radidam vni cū in dū
legationem, qui habet
in sua ciuitate habitus et
ta commissa sibi est, cultu
i P. Varro p̄p̄tē p̄p̄tē
esj T. Valerius a P. V. Val
rulus, qui Censor fuit, T. Ter
postea vult. Atq; vt eius
minis annum in Flaccum
de pupillo Meculeo, cui
videtis, p̄p̄tē p̄p̄tē
agnoscat, neq; hominem ig
is cum solueret, sumptū a
oculum, vt dicit, nam huius
p̄p̄tē eius em̄ si de sum
cuniam, qui huius si de sum
Rhetor ille adoleŕentes qui
nihil possent discere nisi ig
num vltim crederet, itaq;
dauit, in Asiam venit, et
nam Fulius p̄p̄tē p̄p̄tē
mippum venit, pecunia p̄p̄tē
fis sacrificat absentibus, &
lequitur, a recuperatori
omnibus in locis esse frui
ts solent, negauit sese om
no nomē auisse, et huius
atq; hospite meū p̄p̄tē
rebat. Sed cum se homo
repente testimonii Fulius
mus obmutuit, itaq; reca
Cum iudicatu non faceret
minis, & auctoritatē testi
ei pauca incipia vendidit
succellisset, ad quē adit, q̄
inuitos iudicauit, frater
in duplum iter, si metu
hil esset actum, nihil ma
pit. M. Gracilius legatus, q̄
dit placet, iterū ite, cui
pus, qui nunq; istius impu
legatus in Asia fuerat, man
obit. Q. Naso vir ornatus
dum Plociu se dictarū obli
reloquit. Satis ne vobis iud
rummodo cū vniuerso gen
Deciane testē, qui tu cū epi
et voluit, abduci T. C.
acpta, occupauit, hanc

perpescunt. Si p̄tor dedit, vt est scriptū, a Questore numerauit: questor a mēsa publica: mensa aut ex vectigali, aut ex tributo. Nunq̄ erit istud simile criminis, nisi mihi totā rationē omni & personarū genere, & literarū explicaris. Vel qđ est in eodē decreto scriptū, homines clarissimos ciuitatis, amplissimis vsos honoribus, hoc p̄tore circūuētos. cur hi neq; in iudicio adsunt: neq; in decreto nominantur: nō em̄ credo significari isto loco illū, qđ se erigit, Heraclidam. vtrū em̄ in clarissimis est ciuib⁹ is, quē iudicatū hic duxit Hermippus: qđ hāc ipsam legationem, quā habet, nō accepit a suis ciuib⁹, sed vsq; Tymolo petiuit: cui nullus honos in sua ciuitate habitus est vnq̄. res autem ea, quę tenuissimis mittebatur, huic vni in vita commissa sola est. custos T. Aufidio p̄tore in frumento publico est positus: p̄ quo cum a P. Varino p̄tore pecuniā accepisset, celauit suos ciues, vltroq; iis sumptū intulit. qđ post eaq; Tēni literis a P. Varino missis cognitū atq; patefactum est: cumq; eadem de re Cn. Lentulus, qui Censor fuit, Tennitarum patronus literas misisset: Heraclidem istum Tēni nemo postea vidit. Atq; vt eius impudentiam perspicere possitis, causam ipsam, quę leuissimi hominis animum in Flaccum incitauit, quęso cognoscite. Fundum Cymeū Romę mercatus est de pupillo Meculonio, cū verbis se locupletē faceret, haberet nihil p̄ter illā impudētiā, quā videtis: pecuniā sumpsit mutuam a Sex. Scola Iudice hoc nostro primario viro, qui & rem agnoscit, neq; hominem ignorat. qui tamē credidit P. Fuluii Veratii lectissimi hominis fidē. is cum solueret, sumpsit a C. & M. Fusiis, Equitibus Ro. primariis viris, hic hercule, cornici oculum, vt dicit. nam hunc Hermippū hominē eruditū ciuē suū, cui debebat esse notissim⁹, percussit. eius em̄ fide sumpsit a Fusiis, Securus Hermippus Tēnū p̄ficiscitur, cū iste sese pecuniā, quā huius fide sumpserat, a discipulis suis, diceret Fusiis persoluturū. habebat enim Rhetor iste adolefcētes quosdā locupletes, quos dimidio redderet stultiores, qđ acceperat: vbi nihil possent discere nisi ignorantia literarū. neminē quidē adeo infatuare potuit, vt ei nummum vllum crederet. itaq; cū Roma clam esset p̄fect⁹, multosq; minutis mutationib⁹ fraudauisset, in Asiam venit: Hermippoq; p̄cōtari de nomine Fusiano, respondet se omnē pecuniā Fusiis persoluisse. Interim neq; ita longo interuallo libertus a Fusiis cū literis ad Hermippum venit. pecuniā petitur ab Hermippo. Hermippus ab Heraclida petit. ipse tamen Fusiis satisficit absentibus, & fidē suā liberat. hunc astuantem, & tergierlantem iudicio ille p̄sequitur. a recuperatoribus causa cognoscitur. Nolite existimare Iud. non vnam & eandem omnibus in locis esse fraudatorū & inficiatorū impudētiā. fecit eadē oīa quę nostri debitor solent. negauit sese omnino versurā vllam fecisse Romę. Fusiorū se affirmavit nunq̄ omnino nomē audisse. Hermippū vero ipsum pudentissimū atq; optimū virum, veterē amicum atq; hospitē meū, splendidissimū atq; ornatissimū ciuitatis suę, probris omnib⁹ maledictisq; vexat. Sed cum se homo volubilis quadā p̄cipiti celeritate dicendi in illa ratione iactaret, repente testimoniis Fusiorū, nominibusq; recitatis homo audacissimus pertimuit, loquacissimus obmutuit. itaq; recuperatores cōtra istū rem minime dubiā prima actione iudicauerūt. Cum iudicatū non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus est. Habebis & honestatē hominis, & auctoritatē testimoniū, & causam omnē simultatis. Atq; is ab Hermippo missus cū ei pauca mācipia vendidisset, Romā se cōtulit. deinde in Asiā rediit, cū iā frater meus Flacco successisset. ad quē adiit, causamq; ita detulit: recuperatores vi Flacci coactos & metu falsum inuitos iudicauisse. frater meus p̄ sua equitate prudētiāq; decreuit, vt si iudicatum negaret, in duplum iret. si metu coactos diceret, haberet eosdem recuperatores. recusauit: & quasi nihil esset actum, nihil iudicatū, ab Hermippo ibidē mācipia, qđ ipse ei vendiderat, petere cepit. M. Gratidius legatus, ad quē est aditū, actionē se daturū negauit: re iudicata stari ostendit placere. Iterū iste, cui nullus esset vsq; consistēdi locus, Romā se retulit. persequit Hermippus, qui nunq̄ istius impudētię cessit. petit Heraclides a C. Plocio Senatore viro primario, qđ legatus in Asia fuerat, mācipia quaedam, quę se, cum iudicatum esset, per vim vendidisse dicebat. Q. Naso vir ornatissimus, qui P̄tor fuerat, Iudex sumitur. qui cum sententiam secundum Plociū se dicturū ostēderet, & ab eo iudice abiret, qđ iudiciū lege nō erat, causam totā reliquit. Satis ne vobis Iud. videor ad singulos testes accedere: neq; vt primo constituerā tantummodo cū vniuerso genere cōfligere: Venio ad Lysaniā eiusdē ciuitatis, peculiarē tuam Deciane testē. quē tu cū ephebū Tenni cognosces, quoniā te nudus delectarat, semp nudum esse voluisti. abduxisti Tēno Apollonidē. pecuniā adolescentulo grādi fœnore, fiducia tamē accepta, occupauisti. hanc fiduciā cōmissam tibi tenes hodie, ac possides. eū tu testē spē recu

Vtrum.

Mercatus
de pupillo.Cornici
oculum. p̄
uerbium.
de quo p̄ L.
Murena.
Rhetor di
midio stul
tiores disci
pu. reddid.
qđ acceperat
Infatuare.Ephebus.
Fiducia.

Oratio

perandí fundí paterní venire ad testimoniú dicendú coegísti, qui quoniá testimoniú dixit, quidná sit dicturus, expecto. nouí genus hominú, nouí consuetudinē, nouí libidinē. Itaq; et si teneo quid sit dicere paratus, nihil tamé contra disputabo prius q̄ dixerit: totú em̄ cōuert, atq; alia finget. Quãobré & ille seruet qđ parauit: & ego me ad id qđ attulerit, integrú conseruabo. Venio nūc ad eā ciuitatē, in quā ego multa & magna officia contuli, & quam meus frater in primis colit, atq; diligit, quē si ciuitas p̄ viros bonos grauesq; homines querelas ad vos detulisset, paulo cōmouerer magis. nūc vero qđ putē: Trallianos Meandriū causam cōmississe homini egentí, sordido, sine honore, sine existimatione, sine censu: vbi erāt illi Pythodorus, & Lepison: ceteri homines apud nos noti, inter suos nobiles: vbi illa magnificāca, & gloriosa ostentatio ciuitatis: nonne esset puditú, si hāc causam agerēt seuerē, nō mō legatú, sed Trallianú oīno dici Meandriú: huic illi legato, huic publico testi patronú suú iā in de a patre, atq; maiorib; L. Flaccú mactādú ciuitatis testimonio tradidissent: Nō est ita Iudices, non est p̄fecto. vidí ego in quodā iudicio nup̄ Philodorú testē Trallianú, vidí Parrhasiú, vidí Archidemú. cū quidē idē hic mihi Meandrius quasi ministrator aderat, subiiciens, quid in suos ciues ciuitatēq; si vellem, dicerē. nihil em̄ illo hoīe leuius, nihil egētius, nihil inquit natius. Quare si hunc habēt auctorē Tralliani doloris sui, si hunc custodē literarū, si hūc item iniurię, si hunc auctorē querelarū, remittāt spiritus, cōprimant animos suos, sedent arrogantiā, fateant in Meandrii p̄sona esse expressam faciē ciuitatis. sin istú semp̄ illi ipsi domi p̄terendú esse & cōculcādú putauerūt, desināt putare auctoritatē esse in eo testimonio, cui auctor inuentus est nemo. Sed exponā qđ in re sit, vt quãobré ista ciuitas neq; seuerē Flaccú oppugnarit, neq; benigne defēderit, scire possitis. Erat ei Castriciano noīe irata, de quo toto respondit Hortēsius. inuita soluerat Castricio pecuniā iandiu debitā. hinc totú odium, hinc omnis offensio, quo cū venisset Lēlius ad iratos, & illud Castricianú vulnus dicēdo refricūisset, siluerūt principes, neq; in illa concione adfuerunt, neq; ipsius decreti ac testimonií auctores esse voluerūt. vsq; eo orba fuit ab optimatibus illa cōcio, vt princeps principū esset Meandrius: cuius lingua quasi flabello seditionis illa tū est egentíū cōcio ventilata. Itaq; ciuitatis pudentis, vt ego semp̄ existimaui, & grauis, vt ipsi existimari volūt, iustú dolorē querelasq; cognoscite. Quē pecuniā fuerit apud se Flacci patris nomine a ciuitatibus, hāc a se esse ablatam querunt. alio loco querā, qđ licuerit Flacco. nunc tantú a Trallianis requiro, quā pecuniā a se ablatā querunt, suā ne dicāt, sibi a ciuitatibus collatam in vsum suū. cupio audire. Non, inq; dicimus. Quid igit; delatā ad nos, creditā nobis L. Flacci patris nomine, ad ei; dies festos atq; ludos, quid tū: hāc te inq; capere nō licuit. iā id videro. sed primú illud tenebo. qđ ritur grauis, locuples, ornata ciuitas, qđ non retinet alienú. spoliatā se dicit qđ id non habet quod eius non fuit. quid hoc impudentius dici aut fingi potest: delectum est oppidum, quo in oppido vno pecunia tota Asia ad honores L. Flacci poneretur. hęc pecuniā tota ab honoribus translata in quēstú & scenerationē, recuperata est multis post annis. quē ciuitati facta est iniuria: at moleste fert ciuitas. credo. amissum est em̄ p̄ter spem, qđ erat spe deuoratú lucrum. At querit. impudēter facit. nō em̄ oīa quē dolemus, eadē iure queri possum;. At accusat verbis grauissimis. non ciuitas, sed imperiti homines a Meandriū cōcitati. Quo loco etiā atq; etiā facite vt recordemini, qđ sit temeritas multitudinis, quē leuitas pp̄ria Gręcorū, quid in concione seditiosa valeat oratio. hic in grauissima & moderatissima ciuitate, cum est forum plenum iudiciorū, plenum magistratum, plenum optimorum virorū & ciuium: cum speculatur atq; obsidet rostra vindex temeritatis & moderatrix officii Curia: tamen quāros fluctus excitari concionum videtis: quid vos fieri censetis Trallibus: an id quod Pergami: nisi forte hęc ciuitates existimari volunt, facilius vna se epistola Mithridatis moueri impelliq; potuisse, vt amicitiam populi Romani, fidem suam, iura omnia officii, humanitatis qđ violarent, qđ vt filium testimonio lēderent, cuius patrem armis pellendum a suis mœnibus censuissent. Quare nolite mihi ista nomina ciuitatum nobilium opponere, quos enim hostes hęc familia contempsit, nunq; eosdem testes pertimescet. vobis autem est confitendú, si consiliis principum vestre ciuitates reguntur: non multitudinis temeritate, sed optimatú cōsilio bellum ab istis ciuitatibus cum populo Ro. esse susceptum. sin ille tum motus est temeritate imperitorum excitatus, patiamini me delicta vulgi a publica causa separare. At enim istam pecuniā huic capere nō licuit, vtrum vultis patri Flacci licuisse nec ne: si licuit, sicuti certe licuit: ad eius honores collatam, ex quibus ipse nihil capiebat: patris pecuniā recte abstulit

Puditú eēt

Ministrator.

Orba ab optimatibus
Lingua flammula
bellum seditiosis.

Deuoratú spe.

Leuitas Gręcorum

filius, si non licuit, tñ illo mortuo nō modo filius, sed quūvis heres rectissime potuit auferre.
 Ac tum quidē Trallianī cū ipsi graui fœnore istam pecuniā multos annos occupauissent, a
 Flacco tñ omnia quę voluerūt, impetrauerunt, neq; tam fuerūt impudentes, vt id qđ Lælius
 dixit, dicere auderent, hanc ab se pecuniā abstulisse Mithridatem, quis em̄ erat, qui nō sciret
 in ornādis studiosiorem Mithridatē, q̄ in spoliādīs Trallianīs fuisse! Quę quidē a me si vt di
 cenda sunt, dicerent, grauius agerē Iudices, q̄ adhuc egi, quantā Asiaticis testibus fidē habe
 re vos cōueniret, reuocare animos vestros ad Mithridatici belli memoriā, ad illam vniuerso
 rum ciuū Ro. per tot vrbes vno puncto tēporis miserā crudelēq; cadem, Prætores nostros
 deditos, Legatos in vincula coniectos, noīs prope Romani memoriā cū vestigio imperiū non
 modo ex adibus Græcorū, verū etiā ex literis esse deletā, Mithridatē deū, illum patrē, illū cō
 seruatorē Asię, illū Euhyum, Bromiū, Nysium, Bacchū, Liberum nominabant, vnū atq; idē
 erat tempus, cū L. Flacco cōsuli portas tota Asia clauderetur: Cappadocem autē illū non modo
 recipiebat suis vrbus, verū etiā vltro vocabatur, liceat hęc nobis, si obliuisci nō possumus, at
 tacere, liceat mihi potius de leuitate Græcorū queri, q̄ de crudelitate, auctoritatē isti habeant
 apud eos, quos esse omnino noluerunt, nam quoscūq; potuerūt togatos, interemerunt: nomē
 ciuū Ro. quantū in ipsis fuit, sustulerūt. In hac igit̄ vrbe se iactant, quā oderunt: apud eos,
 quos inuiti vident: in ea Rep. ad quā opprimendā non animus eis, sed vires deficiunt, & de
 fuerunt, aspiciant hunc florē legatorū laudatorūq; Flacci ex vera atq; integra Græcia, tum se
 ipsi expendāt, tum cū his comparent, tum si audebunt, dignitatē horū antepōnāt suā. Ad sunt
 Athenienses, vnde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges, ortę, atq; in oēs terras dis
 tribute putant. de quorū vrbus possessione, propter pulchritudinē etiā inter deos certamen
 fuisse proditum est, quę vetustate ea est, vt ipsa ex sese suos ciues genuisse dicat: & eorum ea
 dem terra parens, alrix, patriā, dicat. auctoritate autem tanta est, vt iam fractū prope ac debi
 litatum Græcię nomē huius vrbus laude nitatur. Ad sunt Lacedæmonii: cui⁹ ciuitatis spectata
 ac nobilitata virt⁹, nō solū natura corroborata, verū etiā disciplina putat, qui soli toto orbe
 terrarū septingentos iam annos amplius vnīs moribus & nunq̄ mutatis legibus viuunt. Ad
 sunt ex Achaia cuncta multi Legati, Bceotia, Thessalia, quib⁹ locis nuper legatus Flaccus im
 peratore Metello præfuit. Neq; vero te Massilia p̄tereo, quę L. Flaccū militē Quęstorem q; co
 gnoscit, cuius ego ciuitatis disciplinā atq; grauitatē non solū Græcię, sed haud scio an cunctis
 gentibus antepōnendā iure dicam, quę tam procul a Græcorū omniū regionibus, disciplinis,
 linguaq; diuisa, cū in vltimis terris cincta Gallorū gentibus barbarię fluctibus alluat, sic opti
 matū cōsilio gubernat, vt oēs eius instituta laudare facilius possint, q̄ emulari. Hisce vtiq; lau
 datoribus Flaccus, his innocentię testibus, vt græcis Græcorū auxilio resistamus. Q̄q; q̄ igno
 rat, qui modo vnq̄ mediocriter res istas scire curauit, quin tria Græcorū genera sint vere: quo
 rum vni sunt Athenienses, q̄ gēs Ionū habet: Aeolis alteri, Doris tertii noīabant. Atq; hęc cun
 cta Græcia, q̄ fama, q̄ gloria, q̄ doctrina, q̄ plurimis artibus, q̄ etiā imperio & bellica laude flo
 ruūt, parū quendā locū vt scitis Europę tenet, sempq; tenuit. Asię maritimā oram bello supe
 ratam cinxit vrbus, non vt munitā coloniis illam gentē, sed vt obsessam teneret. Quāobré
 quęso a vobis Asiatici testes, vt cū vere recordari voleris quantū auctoritatis in iudiciū affe
 ratis, vosmetipsi describatis Asiā, nec quid alienigenę de vobis loqui soleat, sed qđ vosmetipsi
 de genere vestro statuatis, memineritis. Nāq; vt opinor Asia vestra cōstat ex Phrygia, Mysia,
 Caria, Lydia, vtrū igit̄ nostrū est an vestrū hoc prouerbiū: Phrygē plagis fieri solere meliorē!
 quid de tota Caria: nōne hoc vestra voce vulgatū est: si quid cū periculo experiri velis, in Ca
 ria id potissimū esse faciundū: quid porro in Græco sermone tā tritū atq; celebratū est, q̄ si q̄
 despiciat, qui ducit, vt Mysorū vltimus esse dicat! Nā quid ego dicā de Lydia: quis vnq; Græcus
 Comœdiā scripsit, in qua seruus primarū patriū non Lydus esset! Quāobré quę vobis fit inui
 dia, si statuimus vestro nobis iudicio standū esse de vobis! Equidē mihi iā satis superq; di
 xisse videor de Asiatico gñe testiū, sed tñ vestrū ē Iudices oīa q̄ dici possunt ī hoīm leuitatē,
 incōstantiā, cupiditatē, etiā si a me min⁹ dicunt, vestris animis & cogitatiōe cōprehēdere. Se
 quit̄ aurī illa inuidia Iudaici, hoc nimirū est illud, qđ nō longe a gradibus Aureliis hęc causā
 dicif: ob hoc crimē hic locus abs te Leli, atq; illa turba quę sita est, scis quāta sit manus, quāta
 cōcordia, quātū valet in cōcionib⁹: summissa voce agā, tātū vt iudices audiāt, neq; n. defunt,
 q̄ istos in me, atq; in optimū quęq; incitet: quos ego quo id facili⁹ faciāt, nō adiuuabo. Cū au
 tē Iudeorū noīe quotānis ex Italia & ex oib⁹ vestrīs puinciis Hierosolymā exportari solet,

Atheniēn
laus.

Lacedæmo
norum.

Vni mori
bus.

Massiliēn
laus.

Laudate fa
cili⁹ q̄ emu
lari.

Græcorū ge
nera tria.

Phryx plā
gis fit me
lior.

Despicatū
ducī.

Mysorū vl
timus.

Lydus ser
uus.

Aurū Hie
rosolymita
num.

Oratio

Flaccus sanxit edicto, ne ex Asia exportari liceret. Quis est Iudices, qui hoc non vere laudare possit: exportari aurum non oportere, cum sepe antea Senatus, tum me consule grauissime iudicauit. huic autem barbaram superstitionem resistere, seueritatis: multitudinem Iudeorum flagrantem non nunquam in concionibus, pro Republica, continere, grauitatis summam fuit. At Cn. Pompeius captis Hierosolymis, victor ex illo fano nihil attigit, in primis hoc ut multa alia sapienter, in tam suspiciosa ac maledica ciuitate locum sermoni obrectatorum non reliquit, non enim credo religionem & Iudeorum & hostium impedimento prestantissimo imperatori, sed pudore fuisse. Vbi ergo crimen est: quoniam quidem furtum nusquam reprehendis, edictum probas, iudicatum fateris, questum & prolatum palam non negas, actum esse per viros primarios res ipsa declarat. Apameam manifeste comprehensum, ante pedes Pretoris in foro expensum est auri pondo centum paulo minus per Sextum Cesium Equitem Romanum, castissimum hominem atque integerrimum. Laodiceam viginti pondo paulo amplius per hunc C. L. Peduceum Iudicem nostrum, Adrymetum per Cn. Domitium legatum. Pergami non multum auri ratio constat, aurum in arario est, furtum non reprehendit, inuidiam querit, a iudicibus oratio auertit, vox in coronam turbamque effundit. Sua cuique ciuitati religio Iulii est, nostra nobis. Istantibus Hierosolymis, pacatisque Iudeis, tamen istorum religio sacrorum a splendore huius imperii, grauitate nominis nostri, maiorum institutis abhorrebat, nunc vero hoc magis, quod illa gens quid de imperio nostro sentiret, ostendit armis. quae chara diis immortalibus esset, docuit, quod est victa, quod elocata, quod seruata. Quamobrem quam quod crimine esse voluisti, id totum vides in laudem esse conuersum, veniamus iam ad ciuium Romanorum querelas. Ex quibus sit sane prima Deciani. Quid tibi tandem Deciane iniurie factum est: negotiaris in libera ciuitate, primum patere me esse curiosum: quousque negotiaberis: praesertim cum sis illo loco natus, annos iam triginta in foro versaris, sed tamen Pergameno. longo interuallo, si quando tibi peregrinari commodum est, Romam venis, affers faciem nouam, nomen vetus, purpuram Tyriam, in qua tibi inuideo, quod vniuersis vestimentis tantumdiu lautus es. Verum esto, negotiari libet, cur non Pergami? Smyrnae? Trallibus? vbi & multi ciues Romani sunt, & ius a nostro magistratu dicitur: otium te delectat: lites, turbae, Populus Romanus odium est. Graecorum libertate gaudes, cur ergo vniuersum tu Apollonienses amantissimos Populi Romani fidelissimos socios, miseriore habes, quam aut Mithridates, aut etiam pater tuus habuerit vniuersum? cur his per te frui libertate sua: cur denique esse liberos non licet: homines sunt tota Asia frugalissimi, sanctissimi, a Graecorum luxuria, & leuitate remotissimi, patres familias suo contenti, aratores, rustici: agros habent & natura per bonos, & diligentia culturaque meliores, in hisce agris tu praedia habere voluisti, omnino male, magis erat tuum: si te crassi agrum delectabatur, hic alibi in Crustumino, aut in Capenati parauisses, verum esto: Catonis est dictum, pedibus compensari pecuniam, longe omnino a Tiberi ad Caicum: quo in loco etiam Agamemnon cum exercitu errasset, nisi ducem Telephum inuenisset. Sed concedo id quoque, placuit oppidum, regio delectauit, emisses. Amyntas est genere, honore, existimatione, pecunia, princeps illius ciuitatis: huius socrum, mulierem imbecillam consilii satis locupletem pellexit Decianus ad sese: & cum illa quid ageret, nesciret, in possessione praediorum eius familiam suam collocauit: vxorem abduxit ab Amynta pregnantem, quem peperit apud Decianum filiam, hodieque apud Decianum est & vxor Amyntae & filia, nunc quid harum rerum a me fingit Deciane: sciunt haec omnes nobiles, sciunt boni viri, sciunt, denique nostri homines, sciunt mediocres negotiatores. Exurge Amynta, repete a Deciano, non pecuniam, non praedia: socrum denique sibi habeat, restituat vxorem, reddat misero patri filiam, membra quem debilitauit lapidibus, fustibus, ferro: manus, quas corudit: digitos, quos confregit: neruos, quos occidit: restituerere non potest, filiam, filiam inquam erumoso patri Deciane redde. Haec Flacco te non probasse miraris: cui quae tandem probasti: emptiones falsas, praediorum praescriptiones cum mulierculis aperta circumscriptione fecisti, tutor his rebus Graecorum legibus ascribendus fuit. Polemocratem scripsisti mercenarium & administrum consiliorum tuorum, adductus est in iudicium Polemocrates de dolo malo & de fraude a Dione huius ipsius tutelae nomine, qui concursus ex oppidis finitimis vndique: qui dolor animorum: quem querela: condemnatus est Polemocrates sententiam omnibus, irritam venditiones, irritam praescriptiones, nunc restituis: defers ad Pergamenum, ut illi reciperet in suas literas publicas praescriptas praescriptiones, & emptiones tuas, repudiat, reiciunt, at qui homines Pergamenum laudatores tui, ita enim mihi gloriari visus es laudatione Pergamenorum, quasi honorem maiorum tuorum assecutus esses: & hoc te superiorum putabas esse, quam Iulium, quod te ciuitas Pergamena laudaret, num honestior est ciuitas Pergamena, quam Smyrnae? An ne ipsi quidem dicunt: velle tantum habere me otium, ut possim recitare Psephisma Smyrnaeorum quod fecerunt in Castricum mortuum:

Vel quod ait Luceius, L. Flaccum sibi dare cupisse, ut fide se abduceret, Sestertium vicies, & eum tu accusas avaritiae: quem dicis Sestertium vicies voluisse perdere, nam quid emebat, cum te emebat? ut ad se transfires: quam partem causae tibi daremus? an ut enunciare consilia Lelii: qui testes ab eo perdirent? quid nos non videbamus habitare vna? quis hoc nescit? tabulas in Lelii potestate fuisse non dubium est, an ne vehementer, ne copiose accusares: nunc facis suspicionem, ita enim dixisti, ut nescio quid a te impetratum esse videat. At enim Androni Sextilio grauis iniuria facta est, & non ferenda: quae cum esset eius uxor Valeria intestata mortua, sic egit eam rem Flaccus, quasi ad ipsum hereditas pertineret. In quo quid reprehendas, scire cupio, quod falsum intenderit: qui doces? ingenua inquit fuit. O peritum iuris hominem, quid ab ingenuis mulieribus hereditates lege non veniunt? in manum inquit conuenerat, nunc audio: sed quero usum: coemptione? usum non potuit, nihil enim potest de tutela legitima sine omnium tutorum auctoritate diminui, coemptione? omnibus ergo auctoribus, in quibus certe Flaccum fuisse non dices, relinquit illud, quod vociferari non desistit: non debuisse, cum Praetor esset, suum negotium agere, aut mentionem facere hereditatis. Maximas audio tibi L. Luculle, qui de L. Flacco sententiam laturus es, pro tua eximia liberalitate maximisque beneficiis in tuos, venisse hereditates, cum Asiam provinciam consulari imperio obtineres, si quis eas suas esse dixisset, concessisses? Tu T. Vecti siqua tibi in Africa uenerit hereditas, usum amittes? an tuum nulla avaritia salua dignitate retinebis? At istius hereditatis iam Globulo Praetore Flacci nomine petita possessio est, non igitur impressio, non occasio, non vis, non tempus, non imperium, non secures ad iniuriam faciendam, Flacci animum impulerunt. Itaque eodem etiam M. Lurco uir optimus meus familiaris conuertit aculeum testimonii sui, negauit a priuato pecuniam in provincia Praetorem petere oportere. Cur tandem Marce Lurco non oportet? extorquere, accipere contra leges non oportet: petere non oportere, nunquam ostendes, nisi si docueris non licere, an legationes sumere liberas exigendi causa, sicut & tu ipse nuper, & multi uiri boni sepe fecerunt, rectum est: quod ego non reprehendo, socios video queri. Praetorem si hereditatem in provincia non reliquerit, non solum non reprehendendum, uerum etiam condemnandum putas? Doti inquit Valeria pecuniam omnem suam dixerat, nihil istorum explicari potest, nisi ostenderit, illam in tutela Flacci non fuisse, si sit, quaecumque sine hoc auctore est dicta dos, nulla est. Sed tamen Lurconem quaeque pro sua dignitate moderatus est in testimonio dicendo religioni suae, tamen iratum Flacco esse uidistis, neque enim occultauit causam iracundiae suae, neque reticendam putauit, questus est libertum suum Flacco praetore esse damnatum. O conditiones miseras administrandarum ciuitatum, & provinciarum: in quibus diligentia plena simulatum est, negligentia uituperationum: ubi seueritas periculosa est, liberalitas ingrata, sermo insidiosus, assentatio perniciosa, frons omnium familiaris, multorum animus iratus, iracundiae occultae, blanditiae aperte: ueniens Praetores expectant, praesentibus inseruiunt, abeuntes deserunt. Sed omittamus querelas, ne nostrum consilium in omittendis provinciis laudare videamur. Literas misit de villico P. Septimii hominis ornatum, qui villicus cedere fecerat. Septimum ardentem iracundia uidere potuistis, in Lurconis libertum iudicium ex edicto dedit, hostis est Lurco, quid igitur? hominum gratiosorum splendidorumque libertis fuit Asia tradenda? an simultates nescio quas cum libertis uestris Flaccus exercet? an in uestris uestrorumque causis seueritas odio est? eandem laudatis cum de nobis iudicatis? At iste Andro spoliatus bonis ut dicitis, ad dicendum testimonium non uenit, quid si ueniat? decisionis arbiter C. Cecilius fuit, quo splendore uir, qua fide, qua religione? obsignator C. Sextilius Lurconis sororis filius, homo & prudens, & constans, & grauis, si vis erat, si fraus, si metus, si circumscriptio, quis pactio fieri, quis adesse istos coegit? quid si ista omnis pecunia, huic adolescentulo L. Flacco reddita est? si petita, si redacta, si per hunc Antiochum paternum huius adolescentis libertum, seni illi Flacco probatissimum? uidemur ne non solum avaritiae crimen effugere, sed etiam liberalitatis laudem assequi singulari? communem enim hereditatem, quae equaliter ad utrumque lege uenisset, concessit adolescenti propinquo suo, nihil ipse attigit de Valerianis bonis, quod statuerat facere, adductus huius pudore, & non amplissimis patrimonii copiis, id non solum fecit, sed etiam prolixae, cumulateque fecit. Ex quo intelligi debet, eum contra leges pecunias non cepisse, qui tam fuerit in hereditate concedenda liberalis. At Falcidianum crimen ingens, Talenta quinquaginta se Flacco dicit dedisse, audiamus hominem, non adest, quomodo igitur dicit? epistolam mater eius profert, & alteram soror, scriptum ad se dicunt esse ab illo, tantam pecuniam Flacco datam, ego is, qui si aram tenens iuraret, crederet nemo, per epistolam, quod uolet, iniuratus probabit: at qui uir? qui non amicus suis ciuibus? qui patrimonium satis laurum, quod hic non

Sestertium vicies.

In manu conuenire.

Usum.

Coemptio.

Dicere pecuniam doti.

Iudicium ex edicto dare

Decisionis arbiter.

Prolixae.

Aram tenentem iurare.

Oratio

biscum conficere potuit, Græcorū conuiuīs maluit dissipare, quid attinuit relinquere hanc urbem: libertate tā præclara carere: adire periculū nauigandi: quasi bona comesse Romę nō liceret. nūc deniq; materculę suę festiuus filius aniculę minime suspitiosę purgat se per epistolā, vt eam pecuniā, quā cōfecerat, non cōsumpsisse, sed Flacco dedisse videat. At fructus istī Tralianorū Globulo Pr. venierāt, Falcidius emerat HS. nongētis millibus, si dat tantā pecuniam Flacco, nepe idcirco dat, vt rata sit emptio, emit igit̃ aliquid, qđ certe multo pluris esset. dat de lucro, nihil detrahit de viuo, min⁹ igit̃ lucrī facit. cur Albanū venire iubet: cur matri præterea blandit: cur epistolīs, & sororis & marris imbecillitatē aucupat: Postremo cur non audimus ipsum: retinetur credo in prouincia, mater negat, venisset inquit, si esset denunciātū, tu certe coegisses, si vllum firmamentū in illo teste posuisses, sed hominē ab negotio abducere noluisti, magnū erat ei certamē propositū, magna cū Græcis contētio, qui tñ vt opinor iacet victi, nam iste vnus totā Asiā magnitudine poculorū, bibēdoq; superauit. Sed tñ quis tibi Læli de epistolīs istis indicauit: mulieres negāt se scire, quis: is ipse: igitur ille tibi se ad matrē & sororē scripsisse narrauit: an etiā scripsit oratu tuo: at vero M. Ebutiū cōstantissimū & prudētissimū hoīem Falcidii affīnē nihil interrogas: nihil eius generū parī fide præditū C. Manliū: qui profecto de tanta pecunia si esset data, nihil audisse nō posset. His tu igit̃ epistolīs Deciane recitatis, his mulierculis productis, illo absente auctore laudato, tantū te crimen probatum putasti: præsertim cū ipse non deducēdo Falcidii, iudiciū feceris plus falsam epistolā habituram ponderis, q̃ ipsius p̃sentis fictam vocē, & simulatū dolorē. Sed qđ ego de epistolīs Falcidii, aut de Androne Sextilio, aut de Deciani sensu tādū disputo: postulo: de salute omnīū nostrū, de fortunīs ciuitatis, de summa Reip. taceo: quā vos vniuersam in hoc iudicio vestris humeris, vestris inquā humeris Iudices sustinetis. Videtis in quo motu tēporū, quāta in cōuersione rerū, ac perturbatiōe versetur. Cū alia multa certī hoīes, tum hoc vel maxime molunt, vt vestrę quoq; mentes, vestra iudicia, vestrę sententię optimo cuiq; infestissime, atq; inimicissime reperiant, grauiā iudicia pro Reip. dignitate, multa de cōiuratorū scelere fecistis. nō putāt satis cōuersam esse Rēp. nisi in eādē impiorū pœnā optime meritos ciues detruserint. Oppressus est C. Antonius, esto, habuit quandā ille infamiā suā: neq; tñ ille ipse, p̃ meo iure dico, vobis iudicibus dānatus esset: cuius dānatione sepulcrū L. Catilinę floribus ornatū, hoīm audacissimorū, ac domesticorū hostiū cōuentu epulisq; celebratū est. iusta Catilinę facta sunt, nunc a Flacco Lētuli pœnē p̃ vos expetunt, quā potestis P. Lētulo, qui vos in cōplexu liberorū coniugūq; vestrarū trucidatos incēdio patrię sepelire conatus est, mactare victimā gratiorē: q̃ si L. Flacci sanguine illius nefariū in vos oēs odiū saturaueritis: Litem⁹ igit̃ Lētulo, parētē mus Cethego, reuocemus eiectos: nimie pietatis, & summī amoris in patriā vicissim nos pœnas, si ita placet, sufferamus, nos iam ab indicibus nominamur, in nos crimina fingunt, nobis pericula cōparant, quę si per alios agerent, si deniq; p̃ populi nomen ciuiū imperitorū multitudine concitassent, equiore animo ferre possem⁹, illud vero ferri nō potest, qđ per senatores, & per equites Ro. qui hęc oīa pro salute oīm, cōmuni cōsilio, vna mēte atq; virtute gesserūt, harū rerū auctores, duces, principes spoliari oībus fortunīs, ac de ciuitate expelli posse arbitrant. Etem⁹ populi Ro. perspicūt eā mentē & voluntatē, oībus rebus quib⁹ pōt populus Ro. significat quid sentiat: nulla varietas est iter hoīes opinionis, nulla volūtatis, nulla sermonis. Quare si quis illuc me vocat, venio. Populū Ro. disceptatorē nō modo non recuso, sed etiam depesco, vis absit, ferrū ac lapides remoueant, operę facestant, seruitia sileant: nemo erit tā iniustus, qui me audierit, sit modo liber, & ciuis, quin potius de p̃miis meis q̃ de pœna cogitandum putet. O dii immortales, qđ hoc miserius: nos qui P. Lētulo ferrū & flammā de manibus extorsimus, imperitę multitudinis iudicio cōfidim⁹, lectissimorū ciuiū & amplissimorū sententias pertimescimus, M. Aquiliū patres nostri multis avaritię criminib⁹, testimoniisq; cōuictū, quia cū fugitiuis fortiter bellū gesserat, iudicio liberauerūt, Cōsul ego nup̃ defendi C. Pisonē: qui quia cōsul fortis cōstantq; fuerat, incolumis est Reip. cōseruatus, defendi itē cōsul L. Murenā consulē designatū, nemo illorū iudicū clarissimis viris accusantib⁹ audiendū sibi de ambitu putauit, cū bellū iā gerente Catilina oēs me auctore duos cōsules Cal. Ianuariis scirent esse oportere. Innocens & bonus vir, & oībus rebus ornat, bis hoc anno me defendēte absolutus, latus est A. Thermus, quāta Reip. causa latitia populi Ro. quanta gratulatio cōsecuta est: Sēper graues, & sapientes iudices in rebus iudicādis quid vtilitas ciuitatis, quid cōmunis salus quid Reip. tēpora poscerēt, cogitauerunt, cum tabella vobis dabitur Iudices, non de Flacco

dabitur solū: dabitur de ducibus, auctoribusq; conseruandę ciuitatis: dabitur de omnibus bonis ciuibus: dabitur de vobismetipsis: dabit de liberis vestris: de vita, de patria, de salute communi, non iudicatis in hac causa de exteris nationibus, nō de sociis: de vobis, ac vestra Rep. iudicatis. Qz si prouinciā ratiō magis mouet, q̄ vestra, ego vero non modo nō recuso, sed etiā postulo, vt prouinciā auctoritate moueamini. Etem opponem⁹ Asię prouincia: primū magnā partē eiusdē prouincię, q̄ p̄ hui⁹ piculis legatos laudatoresq; misit, deinde prouinciā Galiliā, prouinciā Ciliciā, Hispaniā prouinciā, Cretā. Gręcis autē, Lydis, & Phrygiis, & Mysis, obsistēt Massilienses, Rhodii, Lacedæmonii, Athenienses, cūcta Achaia, Thessalia, Bœotia, Septimio & Celiō testib⁹, P. Seruilius, & M. Metellus, hui⁹ pudoris integritatisq; testes repugnabūt. Asiaticę iurisdictioni vrbana iurisdictione respondebit, annui tēporis criminationem omnis etas L. Flacci & perpetua vita defendet. Et si prodesse L. Flacco Iud. debet, q̄ se Tribunū mil. q̄ Questorem, q̄ legatū imperatoribus clarissimis, exercitibus ornatissimis, prouinciis grauissimis dignum suis maioribus prestitit: proficit q̄ hic vobis videntibus, in periculis cōmunibus omnium vestrum, sua pericula cū meis coniunxit: proficit honestissimorum municipiorū, coloniarumq; laudationes: proficit etiā Senatus populiq; Ro. præclara & vera laudatio. O nox illa quæ pene æternas huic vrbis tenebras attulisti: cū Gallii ad bellū, Catilina ad vrbem, coniurati ad ferrū & flammā vocabantur: cū ego te Flacce, calum nocteq; contestans, flens flentē obtestabar: cū tuę fidei oprime & spectatissime salutem vrbis, & ciuiū commendabā. Tu tu Flacce Prætor cōmunis exitiū nuncios cepisti: tu inclusam in literis Reip. pestem deprehendisti: tu periculorū iudicia, tu salutis auxilia, ad me & ad senatū attulisti, quę tibi tum gratię sunt a me actę: quæ ab senatu: quę a bonis oībus: quis tibi, quis C. Pontinio fortissimo viro quęq; bonum putaret vnq; non salutem, verū honorem vllū denegaturū: O Nonæ illæ Decembres, quę me consule fuisistis, quę ego diem vere natalē huius vrbis, aut certe salutarē appellare possum, O nox illa, quā iste est dies consecutus, fausta huic vrbis: miserum me, metuo ne funesta nobis, qui tū animus L. Flacci: (nihil dicā em̄ de me) qui amor in patriā: quę virtus: quę grauitas exitit: Sed quid ea commemoro, quę tum, cū agebant, vno consensu omnium, vna voce populi Romani, vno orbis terrę testimonio, in cælū laudibus efferebant: nunc vereor ne nō modo nō profint, verum etiā aliquid obsint, etem multo acriorem improborū interdū memoriā esse sentio, q̄ bonorū. Ego te, si quid grauius acciderit, ego te inquam Flacce perdidero. mea dextra illa, mea fides, mea promissa: cū te, si Rep. cōseruaremus, oīm bonorū p̄sidio, quoad viueres, non modo munitū, sed etiā ornatū fore pollicebar, putauī: sperauī, etiā si honos noster vobis viliior fuisset, salutē certe charā futurā. At L. Flaccū quidē Iudices si (q̄ diū immortales omē auertāt) grauis iniuria afflixerit, nunq; tñ prospexisse vestrę salutē, cōsuluisse vobis, liberis, cōiugibus, fortunis vestris, pœnitebit: semp ita sentiet, talē se animū & generis dignitatē, & pietati suę, & patrię debuissē. vos ne pœniteat tali ciui nō pepercisse, p̄ deos immortales Iud. prouidete, quorū em̄ quisq; est, qui hęc in Rep. sectā sequat: qui vobis, qui vestri similibus place re cupiat: qui optimi atq; amplissimi cuiusq; hoīs atq; ordinis auctoritatē magni putet: illā viā sibi vident expeditiorē ad honores, & ad oīa q̄ cōcupuerūt. Sed cetera sint eorū: sibi habeant potentiā, sibi honores, sibi ceterorū cōmodorū summas facultates, liceat iis, qui hęc salua esse voluerūt, ipsis esse saluis. nolite Iud. existimare eos, q̄bus integrū est, qui nondū ad honores accesserūt, non expectare huius exitū iudicii, si L. Flacco tātus amor in bonos oēs, tātū in Rep. studiū, calamitatē fuerit, quę posthac tam amentē fore putatis, qui nō illā viā vitæ, quā ante præcipitē, & lubricā esse ducebat, huic planę & stabili præponendā esse arbitret: Qz si taliū ciuiū vos Iud. tēdet, ostendite, mutabunt sententiā, qui potuerint: cōstituent quid agāt, quibus integrū est. nos qui iam progressi sumus, hūc exitū nostrę temeritatis ferem⁹. sin hoc aīo q̄ plurimos esse vultis, declarabitis hoc iudicio, quid sentiat, huic, huic misero puero, vestro, ac liberorū vestrorū supplici Iudices hoc iudicio viuendī p̄cepta dabit. cui si patrē cōseruatis, qualis ipse debeat esse ciuis, p̄scribetis, si eripitis, ostēditis bonę rationi, & cōstanti, & graui nullū a vobis fructū esse propositū, qui vos qm̄ est id etatis, vt sensum iā percipere possit ex mœrore patrio, auxiliū nondū patri ferre possit, orat ne suū luctū patris lachrymis, patris mœrore suo fletu augeatis, qui etiā me intuet, me vultu appellat, meā quodāmodo flens fidē implorat: ac repetit eā, quā ego patri suo quondā pro salute patrię sponderim, dignitatem. Miseremini familię Iudices, miseremini fortissimi patris, miseremini filii: nomen clarissimum, & fortissimum, vel generis, vel vetustatis, vel hominis causa, Reip. referuate.

Legati laudationis causa,

O nox illa

Nonæ Decembres,

Secta,

Integrū est,